

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Gottfried Hauptmann

**Paraleipomena Qvaedam Dissertationis De Laconismo : Sistens Lvstrationem
Illvstris Rvthenei Civivm A. C. D. MDCCCLXXIIII. Posteriorem**

Gerae: Ex Officina Rothii, [1774]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890240817>

Druck Freier  Zugang



ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑ

QVAEDAM

DISSERTATIONIS DE LACONISMO

SISTENS

L V S T R A T I O N E M
ILLVSTRIS RVTHENEI CIVIVM

A. C. D. CICICCLXXVII.

POSTERIOREM

INDICIT

D. IO. GOTTFR. HAVPTMANN.

LYCVRGV 32, 2. de Lacedaemoniis:

Καλὸν ἔστι πόλεως ἐνομουμένης, περὶ τῶν δικαιωμάτων
παραδίγματα λαμβάνειν.



GERAE

EX OFFICINA ROTHII.

Ch-694(1.7)

Primum virium diuinitus concessarum periculum, apud Lipsien-
ses, olim publice feci, dissertatione de *Laconismo*. Praesidem
eligerbam celeberrimum aetate sua KAPPIVM, cuius et epistolam
subiungendam curau. Significat haec epistola, non nullis in
momentis, a me disensem. Cum subinde quaererem ex illo, quinam
iste foret: exhibebat mihi GRVTERI *thes. crit.*, ibique decretum Lacon-
num, de Timotheo Milesio *a*), qui, ante Platonem, Euripidis aetate,
vixit. Ostendebam ipsi, non omni dubio superius esse decretum, nec
adeo generalem illam Laconum consuetudinem, ut ne quidem vnum di-
uersum exemplum inueniretur, vbi saltem a potiori nomen adoptetur.
Haud negabat ipse quidem, sed ad negotiorum cumulum prouocabat,
qui lectionem disputationis interpellarit, vnde sibi prospiceret, opor-
tere. Mihi vero potius id honorificum, quam noxiun fore; quia, non
arbiter pugnae, sed spectator, sit accessurus. Id et statim post, in
ipso conflitu, professus, revera praestitit; ne verbum quidem addens,
praeter sollemnem invitationem et gratiarum actionem. Nemo neganti-
um eam chordam tetigit. Neque generatim, quantum recordor, quid-
piam seria controversia reposuerunt; cum summi viri, MÜLLERI, HE-
BENSTREITII, STEGERI, POHLII, dubitantum partibus fungerentur. Nec
ergo nunc offendionem, ab illo disensu, vel a decreto, vereor. In-
terea dies diem docet. Hinc, e copiosore post obseruatorum penu-
non nulla saltem, ad ordinem illius disputationis, adnotabimus. Chilo
fuit ephorus Laconum olymp. XXXXIII.b) tributasquesibi sententias ha-
bet: *nosce temet; ne quid nimis; comes aeris alieni miseria c*); quae iam βραχυλο-
γίαν Loconicam spirant *d*). Eamēm populo toti PLATO *e*), quem ad mo-
dum πολυλογίαν Atticis, Cretensisbus πολύνοιαν, tribuit. Non, quasi sensus am-
plificandi parum curiosi fuerint Spartani; sed, quoniam breuitatem minus

cura-

- a) T. III. in PAVLI LEOPARDI Isenbergenſis, emendationum et miscellaneor. L. VIII. p. 160. sqq. ed. Fr. 1604. Speciosius obiici potuissent, vel antiquioribus Laconum pas-
sim tributi, longiores sermones, v. g. Menelao, in EVRIP. *Iphig. in Aul.* v. 334-375.
412-440. 473-503. cet. Sed, ibi quoque, partim comica licentia, partim nihilo minus
latens acumen, ac similia perpendi merentur. b) dealiis v. FABRIC. *B. Gr.* II, 23, 14.
c) PLIN. *H. N.* VII, 32. DIOG. Laërt. I, 1, 14. 3, 2. BVDDEI. *diff. de ethica Chilonis* §. 1. 4.
d) QVINCT. VIII, 3. sq. e) *de legg.* L, I. p. 517. ed. Bal. 1556.

curabant Cretenses. Nec autem hinc obscura quaeque reddere solebant priores, quod THEOD. IANSSONIUS ab ALMELOV^f arbitratur. Licet verum sit, quod apud SOPHOCLEM^g Electra; quod UELACCVS^h: *breuitate esse laboro, obscurus fio.* Sed iure connectit illa: *παθώρθωσαν βροτούς* dum breuitas sermonis ad tensionem erigit ac meditationem. Ita quidem principalis facundia computabatur, cui paucis multa cohibenti, curae fuit, causam potius implere, quam paginam ⁱ). Scilicet, actionibus intentiores erant Lacones, quam verbis. Ulterius id probabunt THUCYDIDES AC LIBANIUS. Ille ^k, πλείστι δὲ, subiungit, ἐν ὁ ἀνηγός η διδάσκοντάς τι τῶν προύχου λόγοις, τὸ δέον πράστευ. Hic autem antea scriperat: εἰ δὲ σπαρτιάτιν πεποιημένος μελέτην δέξανόμον ἔτερον καγώ παραβάνων λακωνικὸς μηκύνων τοὺς λόγους, μηδὲ εἰς βασιλαντα. Όυδὲ γὰρ ἐφ' ἐκάστῳ τῶν συμπιπτόντων οὐλίγας κεκρήσθαι συλλαβᾶς ἐπιτηδένουσι λακωνες, ἀλλὰ συμμετεῖν τῇδυνάμει τῶν πραγμάτων δὲ μελετῶσι τὰ ἥπιατα. Sic forte pariter initio facta dubia, Laconismum legitime contemplati, remouebunt. Ceterum, quoties aliquid paucioribus comprehendendi poterat verbis, valebat PLATONIS ^l) illud: *λακωνικοῦ τρόπου τὸ τὰ βραχύτερα δὲ περιτιμᾶν.* Dicebant enim, σκιὰς τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους εἶναι ^m). Tanto maiorem fidem PLATO singulatim meretur, quanto studiosius, quidquid in Cretensi re publica Spartanaque sapienter institutum reperiebat, in libros suos de legibus, deriuauit. Tanto maiorem et opinionem acta Lacedaemoniorum capiebant; quanto verius videbatur, Atheniensium esse ducere pompas, Eleorum certamina statuere, Spartanorum, si quid isti deliquissent, cae-dendo castigare. Res eius modi gestae fontem habebant indolem, populi consuetudine nixam, qua fortitudem maximi faciebant, contemnebant mortem ⁿ). Auaritiam carpit, ipse princeps oratorum Graecorum ^o), ante DIONEM Chrys., narrantem, quo modo Deus Lacones, cum Arcadiam ex auaritia petiissent, punierit. Vel hinc omnino tam orationis breuitas, quam sententiae subtilitas, nasci potuit. Eodem ty-

A 2

rannis

^f) in *inuentis nou-antiquis* (Amsterd. 1684. 8.) p. 50. ^g) in *Electra* v. 416. sq. ^h) *de A. P.* 25. sq. ⁱ) SIDON. APOLL. III, 3. ^k) p. 224. ed. OXON. 1696. fol. ^l) *de legibus* L. III. p. 545. inf. ed. ^m) ISIDORVS Pelus. *epp.* III, 232. ⁿ) exempla proponit CICERO *Tusc. quaest.* I, 42, 100. 102, hinc et urbem sine moenibus inhabitabant, TZETZES *Chil.* VIII. hist. 276. ^o) DEMOSTH. in *or. de Megalopolitis* p. 85. *Opp.*

rannis accedit p), quatenus domino seruus μονοσύλλαβος. Nos autem potius in laude subsystemus. Hic Socrates, apud PLATONEM q), praeter alia: Εἰ δὲ ἐθελήσεις, εἰς σωφροσύνην τὴν καὶ ποσιότητα ἀποβλέψα, καὶ ἐνχέρεσιν καὶ ἐνολίαιν, καὶ μεγαλοφροσύνην, καὶ ἐυταξίαν, καὶ παρτερίαν, καὶ Φιλοποιίαν, καὶ Φιλονεικίαν, καὶ Φιλοτιμίας τὰς λακεδαιμονίαν, πάντα ἀνήγότα σεαυτὸν πᾶσι τοῖς τοιούτοις. Quod hic virtutes! quam insignis comparatio! Nihilo minus exquisitius incrementum videtur, quod APOLLONIVS r) Tyanensis adhibuit, ubi virorum esse non peccare, generosorum peccantes obseruare, Lacedaemoniorum pariter corriger, prae se fert. Ipsos autem perse commendatos mores, emendabant leges. In quibus contemplandis, eo iam breuiores erimus, quo plura diximus alias subinde. Singulariter hic a deuiis cauendum; ne vel nimium iis legibus, vel parum, tribuamus. Opponamus inter se, quae MABLY et VAVVILLIERIVS scripferint s). Priori iungitur, alioqui laudatus, professor in fano S. Galli, qui, lingua nostra, contemplationem politicam et moralem Lycurgeae legum latitatis, Lindauiae ciblo CCLXIII., cum eruditis communicavit, talem quidem, ut potius, exemplum Heluetiis daturus, animo prouido, Spartam perfectiones inferret, quam e legibus erueret t). Paucis contenta natura; sed errant omnino, qui vel ideo, cum Boulainvillierio, Beau-mellio, ceteris, nihil ibi deficere putant, quod eam solam ducem sequantur. Eo progrediuntur corruptae naturae cultores! Evidem, nec restitui posse priscos Laconum mores, nec debere, putarem. Perfectis omnibus rationibus u), tempora statim frustra reuocassemus; si vel rem eam probare libuisset. Ipse Lycurgus, in eius modi recentiorum scriptis, longe diuersus adparet ab illo, quem antiquitatis monumenta nobis proponunt. Omnes ipsum principes, regum filios, post se relinquere, clamitant, quos certe Salomonem praeferre decuisset.

Vnicam

p) CORN. NEP. XVI, 2, 4. EVSTATH. p. 293, sq. ed. Rom. 1542. q) in Alcibiade I. p. 222. vel p. 441. ed. olim adhibetae. r) ep. 43. s) Examen historique et politique du Gouvernement de Sparte: ou Lettre à un Ami sur la Législation de Lycurgue, en réponse aux doutes proposés par Mr. de Mably, contre l'ordre naturel et essentiel des Sociétés politiques, par Monsr. Vauvilliers, Leclerc et Professeur Roial Parif 1769. 12. t) perpendamus modo, quibus verbis Lycurgum p. 5. leges ipsius p. 26. 38. sqq. 113. sqq. genium Spartanum p. 240. 243. sqq. designarit, ut et naturam nostram, hic enim agitur de morali, p. 40. 113. sqq. 164. sqq. 211. u) WEGELIN. c. 18 - 22.

Vnicam veram virtutem caussam fingunt mouentem; quam in hominem profanum non cadere, nosse valuerint. Amorem honoris ac patriae, loco diuinarum et commoditatis, institutum esse censem: quem sapientius incitatibus rationibus ad numerasse viderentur; ni silvestres homines, caedibus saltem et vietu foedo gauislos ^{x)}, vel omnino brutos, maiorum primos sibi conceperint. Fingunt istud astus infernus et manus fastus; confusat statim diuina veritas. ^{Europia} Laconibus PLATO ^{y)} tribuit; sed aequi ciues suos in pudorem coniecturus. Nec eadem leges, quod alias monui, semper obseruabantur. Hinc adeo diuersae partim narrationes. Ut hoc utar, XENOPHON ^{z)}, generatim, aurum et argentum esse perquisitum, et, sicuti repertum, poenam luisse possessorem; NICOLAVS Damascenus ^{a)} singulatim poemati capitum memorat, HERODOTVS ^{b)} autem, Sparta pulsum Maeandrum, Sami tyrannum, ab ephoribus, quod aurea vasa ciuibus, et argentea, largitus foret: AELIANVS ^{y)} demum Lysandro tribuit corruptionem. Hanc igitur et XENOPHON ^{d)}, licet adhuc ambiguus, agnouit. PLUTARCHVS ^{e)}, numorum terreorum ac breuiloquentiae Laconicae, leuentem miscet oppositionem: τὸ μὲν γὰρ σιδεροῦν νόμισμα, μικρὰν ἔχειν ἐποίησεν αὐτὸς πολλοῦ σταθμοῦ δύναμιν ὁ Λυκούργος ^{f)}, τὸ δὲ τοῦ λόγου νόμισμα τούναντίον, αὐτὸς εὐτελοῦς καὶ ὀλίγης λέξεως, εἰς πολλὴν οὐαὶ περιττὴν κατεσκεύασε διάνοιαν, τῇ πολλῷ σιωπῆτούς παῖδας ἀπὸ Φεγγυματικούς καὶ πεπαιδευμένους πρὸς τὰς αἰπονέστεις μηχανώμενος. Itaque simul consuetudinem addit, nec bona Laconisni retinet. Haec et a contrario statim illustrans, intemperantiam in loquendo, sermonem vacuum et insipientem efficere, prae se fert. Dum et Lycurgeas leges, inter Laconisni fontes, retuli: non hic repetam, quae vel de priscis legum Graecarum latoribus, vel de caussis et gradibus mutacionis Laconicarum Lycurgi legum, postea disputavi. Saltem igitur adhuc laudo DIODORVM Sic. ^{g)}, STRABONEM ^{h)}, PLUTARCHVM ⁱ⁾, CRAGIVM ^{k)},

A 3

P.

^{x)} HOR. de A. P. 391. sqq. ^{y)} in Hippia maiore p. 386. MINÖE p. 509. cf. XENOPH. de rep. Lac. init. ^{z)} l.c. p. 540. ed. Bal. 1569. ^{a)} ap. STOB. serm. XXXII. p. 291. ed. Bal. 1549. ^{b)} L. III. ^{y)} H. V. XIII, 29. PAVS. VIII, 32. fin. ATHEN. VI, 4. CRAGIVS tab. IO. instl. I. ^{d)} p. 545. ^{e)} T. I. opp. p. 51. cf. CRAGIVS l.c. inst. 2-6. ^{f)} Eo respicere videtur PORPHYRIVS, saeculi tertii scriptor, περὶ ἀποχῆς L. III. p. 350. subiungens: καὶ τοῦτο ἀπὸ πολλοῦ σταθμοῦ καὶ ὄγκου δύναμιν ὀλίγην ἔχοντι. ^{g)} bibl. hist. L. I. p. 105. ed. Duker. ^{h)} L. X. p. 739. ed. Almen. ⁱ⁾ in vita Lycurgi T. I. p. 42. Opp. ^{j)} III, I. tot.

P. D. HVETIVM λ), praeter ceteros. Aequali modo sum animatus, quod ad Laconiae iuuentutis educationem adtinet. Non alii solum eam persequuti fuerunt: verum et ipse, Graecis in antiquitatibus, licet nondum publici iuris factis, cetera commemorauit. Tanto quidem pluris eadem contulit; quoniam omnes publice coniuabantur et educabantur. Talis autem institutio fuit, vt a Musis quidem alieni viderentur, musicas, architecturae, medicinae rudes: sublimioribus tamen disciplinis et artibus intenti viuerent. Inde, PLVTARCHVS in Lac. inst., a παιδευμασι, γράμματα distinguit; et ARISTOTELES μ), licet non calluerint musicam, recte de bonis malisque canticis iudicasse Lacones, existimat. Idem ATHENAEVS ν) et AELIANVS ξ) corroborant; quorum posterior Terpandrum, Thaletem, Tyrtaeum, Cytoniatem Nymphaeum, et Alcmanem, nominat, quos peregrinos accersierint, ita ferente necessitate. Sic et in Lycurgi vita PLVTARCHVS ο), tanti Musas ibi factas esse, narrat, vt rex illis, ante praelia, sacrificaret. Pronam autem ad sermones inde consecutionem sequentibus innuit: αναμνήσων, ὡς ἔοικε, τῆς παιδείας καὶ τῶν κρίσεων, ἵνα ὡς πρόχειροι παρὰ τὰ δεῦτα, καὶ λόγου τινὸς αἰχλας παρέχωσι τὰς πράξεις τῶν μαχομένων. Sic et alias, mereri potius laudes, quam enuntiare, studebant. Ipsas illorum preces εὐφημίαν dixit oraculum Ammonis π). Paullatim eam in sermonibus bonitatem, vel acutam breuitatem, vitia deformabant, luxuria nominatim et Asiatica mollities. Vituperant eam MARTIALIS ρ) et IVVENALIS σ). Accedit APOLLONIUS Tyanaeus, in ep., praefidibus et Lacedaemoniis inscripta τ). Verum tamen hodieque, de la GUILLETIERE ν), Laconismi se vestigia satis aperta reperisse, contendit. At, in primis amplificabatur Laconismus, a tot imitatoribus. Potissimum eo stoici spectabant, quorum paradoxa non sequebantur florem orationis, neque dilatabant argumentum, sed, minutis interrogatiunculis et quasi punctis, efficiebant omnia φ). Conculsum igitur, aculeatum, horridum

λ) in demonst. enang. Prop. III. c. 2. §. 5. 35. c. 8. §. 10. μ) polit. VIII, 5. ν) XIII, 10. η) V. H. XII, 50. ο) CRAGIV tab. 8 inst. 2. sqq. 7. sq. π) PLATO Alcib. II. p. 231. fin. HVET. I. c. prop. VIII. c. 109. p. 879. AVERANII Opp. T. I. diff. 41. in anthol. p. 106. n. 4. ρ) epigrr. III, 55, 6. 7. σ) XI, 172. sq. et quae plures observant in edit. Paris. GRANGAEI p. 419 - 435. τ) fol. 31. ed. Commel. quae cum Apollonianae vitae PHILOSTRATI L. IIII, plane conspirat. ν) in Laced. ancienne et nouvelle p. 299. sq. Φ) cic. parad. postinit.

ridum dicendi modum, seueri praeferebant χ). Exempla sicut **BRUTVS**, in epistolis quibusdam ψ), neque **SENECA** minus, de saeculo qui-
dem suo plura trahens. Huc et pertinet Pantaleon, non ille medicus, e
Nicomedia Bithynorum, qui, Maximiani tempore, propter Christiana sa-
cra, crudeliter occidebatur, sed aetatis incertae diaconus, cuius $\lambda\delta\gamma\sigma\varsigma$
 $\varepsilon\iota\varsigma\tau\alpha\ddot{\alpha}\gamma\varsigma\phi\pi\tau\alpha$ supereft ω). In praefatione Laconisnum illi tribuit **io.**
IAC. GRYNAEVS. At, consentit potius dictio, cum sententiosabreuitate,
verborum lusus, opposita, figuras alias recentiorum stoicorum ve-
nante; qualis et, in Gorgiae declamationibus, habetur. Aequali iure,
tam Laconicam verborum parsimoniam Antonino philosopho vindic-
cant, ut saepe sensum elidat, in libris **XIII.** fuis $\alpha\alpha$). Eamdem laudem
consequuti sunt **C. Marius**, **Iulius Caesar**, **Symmachus**, quorum me-
dius certe nequaquam adfectat. Illius orationem ad **Quirites**, quam
SALEVSTIVS bb) designauit, Laconicam, grandem, strictam, neruosam,
sublimem, sine arte artificiosissimam, vocat **TH. CRENIVS cc)**; istum hue
et refert **HIER. FREYERVS dd)**; hunc ipsum legamus ee). De Seneca phi-
losopho, nostrum facimus **QVINCTILIANI ff)** iudicium. Lipsii stylum
esse Laconicum, pronuntiat et **C. H. LANGIVS gg)**. Initio certe, v. g. va-
riarum lectionum in libris, vnde uicesimo aetatis anno scriptis, et in
orationibus, florem sequitur dictio. Post, admiratio stoicae breui-
tatis Plautique ducebat in deuia, de quibus singulari commentatione
scribere memini. Defendit illum quidem **c. a. KLOTZIVS hh)**, ingeniu-
m ostentans: dum ipsius auctoris stilos tutelae repugnat; ut, amicis
litteris, per iocum, demonstrauit. Seuerius et accuratius iudicat **GASP.**
SCIOPIVVS ii). A **CICERONE kk)** iam, tali stilo tribuuntur, concisae sen-
tentiae, interdum non satis apertae, cum breuitate, tum nimio acu-
mine. Si quid acciderit eius modi; nec Laconismus erit, nec virtus

Ora-

χ) **AVERAN.** T. II. p. 316. ψ) legantur, intercicer. ad Brutum ep. 6. neque minus,
quae Graece feruntur 33.37.69. cf. **PHIL. BEROALDI** annott. sylloge II. in **GRVTERI thes.**
crit. T. I. (Ff. 1602.) p. 229. ω) in **monumentis patrum orthodoxographis** T. I. p.
396. sqq. $\alpha\alpha$) **IVST. GOTTER.** RABENER in **biblioth. imperator.** p. 312. amoen. hist.
philol. bb) bell. **Iug.** c. 85. cc) **exerc.** II. de libris scriptorum optimis n. 44. dd) in
orat. p. 50. ee) v. g. I, 45. V, 74. ff) X, 1. gg) in **institt. filii Rom.** P. II. c. 4. §. 8.
 hh) in **or. pro Lipsii Latinitate** Ienae 1761. 8. ii) de stilo hist. p. m. 20-25. 56. sq. 91-98.
107-III. 149-173. 199-202. kk) **de clar. or.** 17, 66.

orationis. Docet iam ARISTOTELES *II*); ipse licet obscuram ad breuitatem subinde pronior. Iste quippe facilis error eruditis, qui supplet animo lectoribus ignota. Sufficit autem; si vel illi perspicuitatem commendent, vt, inuitos abripi se, fateantur. Inciderunt tempora, quibus et genius saeculi breuiloquentus esset. Non tam aetatem imitatoris Thucydidei Sallustii respicimus; quam Sencae Pliniique iunioris. Interim illos omnes θραχυλογίας accusat ANDR. SCHOTTVS *mm*); immo, QVINCTILIANVS *nn*) iam Sallustianam breuitatem remouet. Ita perspicuitas prima lex esto, neque lumine lector, vel auditor, priuetur, sed donetur. Hic anteuertit imitationi natura *oo*): Nec autem laudabilem breuitatem adhibere potest; nisi quis copiose scribere didicerit *pp*). Postquam igitur de copia verborum et rerum egit ERASMVS; contractionem orationis circumductae MORHOFIVS *qq*) adiunxit. Imperatoria nominatim breuitas euehitur *rr*). Exemplum praebet Constanus, de quo LIBANIVS *ss*): Όν ράψαδων εἰς μῆνος λόγον παταύον, αἱδὲ εἰς θραχύτητα ῥημάτων, σύγνον πατακλείων πραγμάτων, non longe lateque consarcinabat inanem sermonem, sed, concinna breuitate dictorum, ingentem rerum molem concludebat. Personae pariter principes, si qui, diurnos commentarios adamabant, quibus aequale dicendi genus ridere solebat *tt*). Idem numos cudentos et inscriptiones ponendas curabant, Agnouit hoc, non solum NIC. BOLAEVS in *Discours sur le style des inscriptions*; sed aequi P. CHRYSOSTOMVS HANTHALER, monachus Cistertiensis et bibliothecarius in campo liliorum Austriae infer., cuius hinc exstant: exercitationes faciles, de numis veterum, pro tironibus, in quibus Laconica Quiritum sapientia et per exempla panduntur *uu*). Acclamations sunt quidem subinde vulgi; sed, animus motus iis conciliat, tam dignitatem, quam breuitatem. Spectat huc illud sollempne: felicior Augusto; melior Traiano *xx*). Sic et, in tragediis, non raro Laconismus hero-

ibus

ll) *rhet.* III, 2. init. cf. QVINCT. II, 3. VIII, 2. *mm*) *Tullianar. quaest.* I, 19. *nn*) III, 2. p. 233, sq. ed. Capp. FVNCCII *vir. aet. L. L. P.* II, c. 4. §. 11. sq. p. 193, sq. *oo*) Hinc Erasmus, Erasmus imitari se, dixit V. MICH. HAVEMANNI *Amusium Sect.* II, c. 3. p. 271. sqq. *pp*) QVINCT. II, 4. p. 91. SEN. ep. XXXX. *qq*) in *delitiis orat. int. c.* II. cf. BARTH. KECKERMANNI *synt. rhet.* p. 608. sqq. *rr*) PETR. BVRMANN. ad Val. Flacci *Argon.* III, 78. sq. *ss*) or. III, 1. Basil. T. II. *opp.* (ed. Lutet. 1627. fol.) p. 135. *tt*) FVNCCIVS l. c. p. 177-180. *uu*) Norimb. 1735, 4. *xx*) EVTROR. VIII, 2, 18. coll. PLIN. *paneg.* c. 88.

ibus adsignatur. Locustestetur, apud SOPHOCLEM yy), quem imitatum esse SENECA in *Hippolyto*, patebit. Nec alio pertinent apophthegmata Laconum, vel abruptae sententiae, quae plus intelligentum praebent, quam audiendum. At, quoniam fieri nequit, ut hic omnia persequar, quinque commentationibus reliqua complexus, earum certe praeuiam designationem adiungo. Prima respicit *dialectum Laconicam*, cuius argumenti momentum initio proponitur; hinc Doricae dialecti formae seiunguntur, ipsaque Laconum dialectus, ad ordinem Atticae, in quinta commentatione LYCVRGEA, tractatur, adiecto simul indice vocabulorum Laconicorum, qualia iam MEVRSIVS, MAITTARIVS, alii, sed imperfectius et ordine passim neglecto, collegerunt. Altera *philosophiam Laconicam*, sequentibus membris exhibit. "Αμονσας credebantur Lacones: erant autem seuerioribus litteris tincti: maxime philosophi fuerunt: quod, tam testiomniis, quam exemplis, aetatis variae, probatur: eorum philosophia stoicae propinquior: praecipue tamen moralis: quo sententiae Laconicae, prisca consuetudine, referuntur: exhibebant autem officia sibi met, rei publicae, priuatis hominibus, DEO religionique, praestanda: quatenus id factum: fundamenta ponebat philosophia contemplativa: nec illa tractatio vel hodie caret utilitatibus. Sequuntur *epistolae Laconicae*. Nexus, cum proximis lucubrationibus indicatum, excipiunt epistolarum Laconicarum distinctiones, vbi priuatae publicaeque nominatim occurunt, deque scytala, post CRELLIVM, non nihil monetur: in proprietates generales inquiritur: miscentur vno verbo vel vna sententia consistentes: adduntur longiores: qua ratione tales cum Laconismo consentiant: memorabilia quedam de scriptoribus illarum epistolarum: de momentis historicis non nullis et imitationibus: effectus variii narrantur: obseruationes ad artem epistolas scribendi repetuntur inde: meditationibus et accommodacionibus, imponitur finis. *De Laconum eloquentia*, penultimo loco agitur. Hic ostenditur, argumentum esse paradoxum; a Laconibus oratores initio pulsos; in ipso silentio Laconum eloquentiam extitisse; nec in breuiloquentia minus: qua ratione latior paullatim admissa: sophistae tunc etiam excludebantur: laudationes in theatris siebant: orationes

B

aliae

yy) FR. TAVBMANN ad Plaut. p. 1464. EM. THESAVRVS in *idea argutae et ingen. dictionis* (Ff. et Lips. 1698.) c. 2. p. 17. sq.

aliae ciuiles, in curia foroque: cum Cretensibus in illa re consensus: ante tricesimum aetatis annum, oratorem surgere, non licebat: qua ratione didicerint eloquentiam: quid hic a nobis euitandum, quid aemulandum. Agmen claudit, *de Spartanis Iudeorum fratribus inquisitio*. Membra sunt: libri primi Maccabaeorum et Iosephi auctoritas; explicatio dictorum I. Macc. XII. XIII. XV.: origines Laconum: cum Iudeis consensus generatim; singulatim in cultu diuino, in re domestica; in educatione; in re ciuili; in militari; in ipso sermone; ceteris in consuetudinibus: consecutiones et accomodationes. Nunc, in rem praesentem venimus. Laconica iuuentus, tacita semper in viis, in occupationibus adsidua, dicto obediens in disciplinis, ad acute respondendum paratissima, moneat nostram, cuius lustrationi viam hic aperimus, ne Christianam in pudorem coniiciat profana. Praesto pariter sint, educationi litterariae nostrae lustrationique, quem ad modum publicae quondam apud Spartanos, EPHORI, vel ideo praeципue VENERABILES, ERVITI quiuis, singuli FAVTORES et AMICI, quid doctrinae, quid monita profuerint, ad communes preces, coram arbitratruri. P. P. Gerae d. XVIII. Sept. A. C. D. clo^{lo}CCLXXIIII.

RECITATIONVM, AB ILLVSTRIS RVTHENEI DOCTORIBVS ET MAGISTRIS,
PER HOC SEMESTRE SPATIVM, INSTITVNDARVM, DESIGNATIO,

PROFESSORIS THEOLOGI LOCO,

Director, observationibus, ad pensa dierum sacrae quietis ac festorum ordinaria, mox finiendis, disciplinae diuinioris cursum redauspicabitur.

PROFESSOR IVRIS.

Quas proxime finiet paelectiones in Iuris Sceleton, denuo annuente Numine inchoabit.

PROFESSOR PHYSICES

Hypochondriaca affectione huc usque multum diuexatus, promissam tandem motus animalis doctrinam inchoabit.

DIRECTOR,

Ope NVMINIS diuini, dierum hebdomadis altero, hora VII. matutina, coram ordinibus ambobus, post odas sacras et ep. II. ad Corinth. Graecae expositionem, disciplinam sacram, a se definitionibus, diuisionibus, explicationibus, propositionibus comprehensam, II. dogmaticae poësis exempla, III. oracula primaria Hebraea, V. generalem institutionem stili, finiet; VI. in officiis Ciceronianis progredietur:

Sequentis, VII. Iesaiam Hebr. et sanctiorem doctrinam, VIII. historiam imperii Germanici, VIII. superiorius indicata, II. stilum Latinum, tractabit:

Pro-

Proximi, VIII-X. capitibus Hebraeis, actiuam philosophiam adiunget; V-VII. stili Germanici Latinique praeceptiones volentibus enodabit:

Quinti, VII. N. T. Gr. et initia *Ernestina*, II. *Suetonianum Augustum*, III. diuiniores doctrinas, V. *Matthaeum Graecum*, VI. partitiones *Ciceronianas* exponet; quibus finitis, accedit ad ἐπιστολογέα Φίλα:

Sexti, X-XII. resumet nudius tertius hor. V-VII. indicata; V-VII. addet *Tusculanas Ciceronis* et publica noua:

Postremi VIII. linguam Hebraeam; III. arithmeticam Italicam et abacum; V. geographiam interpretabitur; VI. cum suis disputabit.

PROFESSOR ELOQVENTIAE

Die Lunae VIII-IX culturam stili, IX-X *Ernesti Rhetorices Part. I.* X-XI *Apocalypsin*, I-II *Curtii* libr. V et VI proponet

Die Martis VIII-X emendabit scriptiones latinas, X-XI *Catulli* et *Martialis Epigrammata selecta*, I-II *Senecae Troadas*, III-IV *Herodoti* libr. II. explicabit

Die Mercurii IX-X *Versuum suppeditabit* materiam, X-XI *Ciceronis de Offic.* libr. III. tractabit

Die Iovis IX-X *Aesopo*, X-XI *Virgilii Aen.* libr. VI. I-II *Ciceronis orat. pro Archia et Marcello*, studium impendet

Die Veneris IX-X *Epistolam priorem ad Corinthios*, X-XI doctrinam sacram, II-III eundem *Ciceroneum* III-IV *Lycurgum*, interpretabitur

Die Saturni VII-IX *Graecas corriget exercitationes*, et *Homeri Il. H.*, X-XI *Horatium*, illustrabit, diuino auxilio sustentatus

CONRECTOR

Die Lunae, hor. VIII. praeente *Ruckdeschelio*, disciplinam divinorem ordini tertio, VIII. Grammat. lat. marchicam eidem et quarto, X. *Ciceronis ad diversos epistolas tertio*, II. secundo, III. suo ordini exponet.

Die Martis, VII. Grammat. lat. tertio quartoque ordini, VIII. libellum institutionibus sanctioribus inservientem explicabit, X. historiam cum geographia coniungeret, I. Grammaticam persequetur, II. Corn. Nep. ordini secundo praeget, III. latini sermonis elegantiam suos docebit.

Die Mercurii, VIII. stili versuumque latinorum materiam suis suppeditabit, X. Phaedri fabulas, XI. Grammaticam graecam dilucidabit.

Die Iovis, VIII. *Lucae evangelium* ordini secundo enucleabit, VIII et X suorum pensa emendabit, II. poësin latinam, III. Corn. Nep. cum suis tractabit.

Die Veneris, VIII et X. in Corn. Nep. perget, I. *Ciceronis ad diversos epistolas cum secundo ordine leget*, II. N. T. graecum, III. *Gottschedii grammaticam germanicam* suis proponet.

Die Saturni, VIII. et VIII. graeca, X. poësin latinam, I. *Freyeri fasciculum graecum* suis instillabit.

LECONS

LEÇONS FRANÇOISES.

Lundi, la Grammaire, mecredi et samedi les Aventures de Telemaque.

Ordinum quinque reliquorum totidem magistri, doctrinae sanctioris initia, linguas, artes, musicam, lectionem ipsam, publicis et priuatis hōris, instillabunt, ad sacram quoque coenam accedere volentes, praeparaturi.

Qui, corpus ad numeros musicos mouere, digladiari, scriptionem nitidiorem et arithmeticam publice docent, neque deerunt partibus suis.

EX ORDINE PRIMO, CIVES SEQVENTES, DE SIMVL NOMINATIS ARGVMEN-
TIS, DISSERTATIONES BREVIORES CONSIGNARVNT, ET, MODERANTE
DIRECTORE, DIEBVS HEBDOMADVM VLTIMIS, DEFENDERVNT.

CHR. AVG. FRANZ, *Ger.* 1) de haruspicibus, neg. SCHMIDIO mai. 2) de iusto Romano-
rum censu, neg. SCHMIDIO, med. IO. HEINR. FROELICH, *Munchenberusd.* 1) de
coniuratione Philotae, neg. TIROFFIO; 2) de Sybaritis, neg. SCHMIDIO, *Poefn.* IO.
GOTTER. HÜHN, *Tishitz*, de Iudeorum agno transitus, CHRISTI figura, neg. TI-
ROFFIO: CHR. GOTTLIB SCHMID, *Bernsd.* de theraphimis, ad Gen. XXXI, 34. neg.
TIROFFIO; 2) de deo πατέρω Hebraeor. ad Act. XXIII, 14. neg. eodem: IO. GE.
SCHMIDT, *Poesnecc.* 1) de Ioue Herceo, neg. SCHMIDIO, mai. 2) de vocabulo natalis et
eius usu vario, neg. TIROFFIO; 3) de vocabulis quibusdam, a luco deriuandis, neg. eod.
IO. FRID. WOHLLEBEN, *Saalburg*, de candidatis veterum Romanorum, neg. TIROFFIO;
IO. CÁR. GVIL. HOESLER, *Ger.* de aedilibus sordidis, neg. SCHMIDIO, min. GREGOR.
CHRIST. FRANC. WIRTH, *Blankenh.* de virginum Vestalium maxima, neg. SCHMIDIO,
mai. CHR. AVG. SCHMID, *Bernsd.* de ΘεομοΦογίαις Cereris, neg. TIROFFIO: IO.
ANDR. TIROFF, *Aumens.* 1) de Habide ΣηεστρόΦω, neg. I. G. SCHMIDIO; 2) de amputa-
tione praeputii, Iudeis prius, quam Aegytiis, visitata, neg. DOERFELIO; 3) de doctrinis
quibusdam gentium profanarum, contra sanam mentem, neg. c. G. SCHMIDIO; 4) de
Tremulorum absurdis, neg. c. A. SCHMIDIO; 5) de planetarum incolis, neg. WOHLLEBEN;
6) de διψύχοις, neg. HÜHNIO: IO. DAVID DOERFEL, *Niberanus*, de nefario
Proterpinæ raptu, neg. SCHMIDIO, min.

PROPTER SCRIPTVRAM ACCIPIVNT HONORARIA,

de classe II. I. A. Kaempf, Nicolsdorf. I. H. T. Bernstein, Ger. C. Gu. Bartsch, Lips.

III. I. G. Oertel, G. W. Oberlaender, Ger. C. G. Hennig.

III. C. G. Rudolph, I. C. Senf, C. A. Behr.

Si quis in exiguis virtutem querit hiulcam,
Et crasso saltē sensu producitur effrons;
Huic sapiens, vt equis frenatis, auris in ore.
Talis Athenaeo vegeto procul esto caballus,
Quod, sua iure locis lectissima quaeque reponens,
Obsequium monitis occurrere poscit amicis.

S. D. G!



I-X. capitibus Hebraeis, actinam philosophiam adiunget; V-VII. stili
que praeceptiones volentibus enodabit;

N. T. Gr. et initia *Ernestina*, II. *Suetonianum Augustum*, III. diuinum
Matthaeum Graecum, VI. partitiones *Ciceronianas* exponet; quibus
ἐπιστολογεαθίαν:

resumet nudius tertius hor. V-VII. indicata; V-VII. addet *Tusculanas*
ca noua:

I. linguam Hebraeam; IIII. arithmeticam Italica et abacum; V. geo-
tabitur; VI. cum suis disputabit.

PROFESSOR ELOQVENTIAE

III-IX culturam stili, IX-X *Ernesti Rhetorices Part.I*. X-XI *Apocalypsin*,
et VI proponet

III-X emendabit scriptiones latinas, X-XI *Catulli et Martialis Epigram-*
Senecae Troadas, III-IV *Herodoti libr. II.* explicabit

IX-X Versuum suppeditabit materiam, X-XI *Ciceronis de Offic. libr.*

-X *Aesopo*, X-XI *Virgilii Aen. libr. VI.* I-II *Ciceronis orat. pro Archia*
um impendet

X-X *Epistolam priorem ad Corinthios*, X-XI doctrinam sacram, II-III
in III-IV *Lycurgum*, interpretabitur

VII-IX *Graecas corriget exercitationes*, et *Homeri Il. H.*, X-XI *Horatium*,
auxilio sustentatus

CONNECTOR

hor. VIII. praeente *Ruckdeschelio*, disciplinam divinorem ordini tertio,
lat. marchicam eidem et quarto, X. *Ciceronis ad diversos epistolas tertio*,
quo ordini exponet.

VII. *Grammat. lat. tertio quartoque ordini*, VIII. libellum institutionibus
viente explicabit, X. historiam cum geographia coniungeret, I. Gram-
mar, II. Corn. Nep. ordini secundo praeleget, III. latini sermonis ele-
bit.

, VIII. stili versuumque latinorum materiam suis suppeditabit, X. *Phae-*
Grammaticam graecam dilucidabit.

III. *Lucae evangelium ordini secundo enucleabit*, VIII et X suorum pensa-
poësin latinam, III. *Coru. Nep. cum suis tractabit.*

VIII et X. in *Corn. Nep.* pergit, I. *Ciceronis ad diversos epistolas cum*
get, II. N.T. *graecum*, III. *Gottschedii grammaticam germanicam suis*

VIII. et VIII, *graeca*, X. poësin latinam, I. *Freyeri fasciculum grae-*
ca.

LECONS